Pelusium vnũ ẽ ex hostiis nili. ⁊ civitas ꝓpe in quadaꝫ ęgypti parte: q̃ augustanica est appellata ꝓpe thebaidẽ Hãc vrbeꝫ cõdidit peleus achillis pater montu deoꝝ post lustrationeꝫ Eo enĩ tpe peleus furijs agitabat. qꝝ fratrẽ Focũ intereme rat ⁊ purgari quęrebat. binc fit pelusius a. um. ⁊ pelusiacus. a. um pe. coꝝ. Mar. accipe niliacam pelusia munera gentem Vir. lib. j. ge. Nec pelusiacę curam aspernabere lentis.

Peluſiotę. populi pelusium habitantes Vie. cõtra ioui. Impelle si valles pelusiotẽ vt mãducet cępe Idem ad pãma pelusiotas nos appellant ⁊ luteos animaleſq; ⁊ carneos.

Pendeo. es. pepẽdi. pẽsuꝫ figẽ in sublimi siue suspẽsũ eẽ. Tractũ a pennis auiũ. Vir. Inculisq; rubẽs pendebit sentibus vua. Plau. in asi. Nudus victus cẽtũ pŏdo es p pedes q̃ pendes binc p trãslationem pendere ꝓ sustentari ponit. Ouid. pendet ⁊ avra nostra salute salus. Q̃ñq; p cruciari ⁊ in pena eẽ. Et sic cõstruit cũ genitivo vel ablativo. Li. li. j. tus. q̃ŏ si expectando ⁊ desiderando pendemus animis cruciamur ⁊ angimur. Jdẽ i boꝝ. Et qui expectat pendet aĩ. Et pendere ŏr qui nimio desiderio alicuⁿ rei intentus cessat ab oĩalio ope ⁊ ad vnũ solicitus expectat. Oui. narrantis cõiunx pendet ab ore viri Jdẽ dum consulta petis nostroq; in limine pendes. Itẽ dubitare. Seneca. pendet animus ⁊ in diversa trahitur. Itez cessare Vir. pẽdẽt opa ĩterrupta minęq; murorũ ĩ gẽtes. huius ꝓpositа sũt. Appẽdeo depẽdeo. ĩpendo. ppẽdeo. ⁊ suspendeo. q̃ŏ ẽ supra pẽdeo. Col. li. v. Rusticos subigere iugo palmã ⁊ ita collocare vt sol minime suspẽdeat. Interduz est mediocriter vel q̃si imminere. Li. pęto quid ipsa res mõ bone sta modo turpis suspendet flagitio sum est.

Pendeo. is. pepẽdi. pẽsum verbũ actiuũ. Et assumpta. e. fit neutrũ in alio sensu. figẽtq; pŏdero. ⁊ p transla. cõsidero. estimo. Unde ⁊ eos genitivos regit quos verba ꝓtiũ signtia hẽre solẽt: vt magni pẽdo: pupẽdo nihili pẽdo. floccipendo. ⁊ huiusmodi. q̃ŏ est in magna ⁊ parva estimatione habeo. Uñ magis sepata q̃ cõposita sunt dicẽda pendere est ẽt soluere Liui. li. j. Ad equos emẽdos dena milia ęris ex publico data ⁊ quibus equos alerẽt vidue attribute quę bina milia ęris in annos singulos pẽderẽt. Sal. Semp illis reges tetrarchę vectigales erant populi: nationes stipendia pendere. Uñ penã pendere ꝓpie ŏr qui ob delictum pecuniaz solut. Vir. Tuz pendere pęnas cecropidę iussi. q̃ŏ ex eo tractũ est q̃ ęre graui cũ vterentur romani eo penso non numerato debito soluebant. Libralis enim ⁊ dupondius appẽdebatur assis. Uñ ęris grauis pena. binc pensiones dictę sunt. Itẽ pẽdere sustinere. Lac. li. ij. Eosq; impietatis ac sceleris sui supplicia pensuros. Apposita sunt: appẽdo. cõpendo. vnde compendiũ. dispendo varie pendo a quo dispendiũ depẽdo q̃ŏ est do. Lol. li. v. Namq; aliter in cassuz dependit opera cum degeneres etiã renovatę pristinũ servabunt ingeniũ. Expendo. impendo ppẽdo diligenter cõsidero. seu pfecte pondero. Lac. li. vj. Nihil enĩz sapiũt nisi terrã. bonaq; ⁊ mala sol⁹ corpis sensu ac voluptate perpẽdũt. Cic. Quid in amicitia fieri opz q̃ tota virtute perpenditur. i. exactę pŏderatur examinat. Aug. lib. iij. ci. dei. Nec nos in ea re diligentius requirenda p multorum scriptorũ ppensa testimonia demoremur ꝓpendo ppẽdo antependo. Proper. Cũ tua prepẽdent demissa in pocula serta. Repẽdo ⁊ suspẽdo. sursuz pẽdo: alte ligo. Vir. Interea ne uis rubeãt q̃ prata coloribus ante garrula q̃ tignis nidũ suspẽdat hirũdo. Q̃ñq; suspendere ẽ anxiũ eẽ. Plau. vir compos mẽtis suz ita mihi suspẽdit aiuz. Vir. Suspẽsi eurypiluz scitatũ ozacula phębi mittim⁹. Et q̃n dũ anxij sumus ẽt dubij efficimur. suspẽsuz q̃ñq; p dubio ponit. Seneca. Suspensus aĩo q̃d agere cogitabat. Item ꝓ placido ac silẽti. Ter. in phor. Nec vbi ego audivi ad fores suspẽso gradu placide ire preti. Et suspẽdere ẽ pẽdẽdo ĩterficere. Lac. li. ij. Dũ suspenderũt eũ ĩter duos noxios medium q̃ ob latrocinia damnati erãt. Hic suspẽdiũ ꝓ suspẽsione. Hel. Suspendio vitã finivit

Penso. as. a pẽdo: vel a pẽdeo frequẽtativũ. figẽ sępe pondero estimo. vl aliq̃d ꝓ alio do. Vie. ad Jul. Paupercula vidua oẽs ŏr in oblivione munerꝝ dei supare locupletes. q̃ nõ pondere sui sed offerẽtiũ voluntate pẽsatur Val. Mar. li. j. Deductꝰ ac missus ad senatũ legatus vt ex se z vno z sene ꝛplures pęnozũ iuvenes pẽsarẽt in ŏrũ dato cõsilio carthaginẽ petiſt. hic ꝛpẽso. dispẽso repẽso. Vie. De eo ãt q̃ vteris approbare cõivitũ z homicidiũ racha z adulteriũ z ocioſuz sermonez z impietatem nõ supplicio repensari iam responsum est.

Pensito. as. sępe vel valde bñ pondero ex aĩo. Ply. lib. vij. Isdem mũ vitã ĩ q̃ lãce pẽsitabit q̃ sp fragilitatis hũane memor fuerit. Hel. li. j. Aut vtutes pẽsitabat: aut vitia rimabat: vt iudicium eẽ factũ ad amussim diceres. Et pẽsitare est soluere ꝛsue scere. Ply. li. xij. Qui tradit singula milia talẽtũ tauris annua pensitasse arabas regibus psarũ. Li. in of one cõtra mithrydatem. q̃tandẽ eẽ existimatis aut eos q̃ vectigalia vobis pẽsitant: aut eos q̃ exercent aut exigunt. i. soluere solent.

Pensitatoꝝ. ponderatoꝝ. Hel. Verborum pensitatores subtilissimi a pensito. as.

Penso. qui ponderat a pẽdo. is. Augu. li. v. com. Dubitare stultum est: quin vtiqz melioꝛ sit q̃ mensoꝝ cęli: ⁊ numeratoꝝ siderum: ⁊ pensoꝝ elementoꝝum.

Pensiculo. as. idẽ q̃ŏ pensito Hel. pẽsicula vtrũqz moderare res peries suo q̃ŏqz in loco sonare aptissime binc pensiculatores dicti sunt. qui alioꝛ dicta siue dictiones exacte ponderãt Et pensiculate adverbium. i. cum pondere.

Pensilis ⁊ boc pẽsile pe. coꝝ. q̃ŏ suspẽsuz ⁊ sublime est. vt pensilis hortus q̃ supra ędificia factus est hoc est i solario vel in aere sublimis. Sic pensilis vua. Vor. Cũ pensilis vua sedas ornabat mensas. Pensilis bõ q̃ suspensus est. Plau. Restiz volo

mihi emere q̄ me facia pensile. pensil' lect⁹. pēsiles lychni q̄ suspensi sunt. z i aere pēdētes. pēsilis vrbs. q̄ subter cauata ē Ply. Legunt z pēsiles hortos: imo vo totū oppidum feciſſe nullo oppidanor sentiēte. Idē. magnitudo z freq̄ntia cloacarū vrbē pensile fecit. pēsile horreū. qō nos vocam⁹ granariū q̄ sit laltior dom⁹ loco Col. li. j. ſz nos in nr̄is regiōib⁹. q̄re dubitat vligie magis illā positōez pensilis horrei ꝓbamus. Alii q̄n tñ pensilis ōr mollis. Virg. pilentis matres in mollibus: Ser. i. pensilibus: nam molle z pensile cōuertuntur.

Pensa a pendēdo qō pro aliqua re conducta soluitur. Et pensa plurali numero mani plurali lanę vel lini q̄ pēdent ex colo. z fuso trahunt. Nā cū dicim⁹ trahit pēsa idē ē ac si diceret fi lat. Oui. li. ii. fas. Lumē ad exiguū famulę data pēsa trahebāt Iusti. li. j. pēsa iter virgines partiētē. Q̄nq̄z pēsa capiunt pro filis Uir. de textrice. Excussi manibus radij reuolutaq̄z pēsa

Pensus. a. um. pōderatus examinatus. ꝑ trāsl. ponit ꝓ bono et sapiēti. Pla. iſti. Age tu altera vltra sit ꝺditio pēsioꝛ virgine in viduā habere. Q̄nq̄z ponit ꝓ equato Sal. Neq̄z id q̄bus modis assēq̄reꝰ ouz sibi regnū pararet. q̄quā pensi habebat

Pensio dicitur id qō pro re aliqua conducta soluitur. i. qō dat pro rei alicuius vsu aut agri: aut domus. Li. lepte. Teneor tñ anna dolobellę ꝓ curatoribus exigā primā pensionem.

Pensionarius qui pensionem alicui soluere tenetur.

Pendulus. a. um. qō pēdet. Oui. Lassaret viduas pendula tela manus. hiero. ad pāma. Maluit i humiliozibus tuto pgere quā pēdulo gradu i sublimioꝛibus fluctuare. Col. Tū deinde macriora z pendula loca luna crescente fimo inuanda sunt.

Pentateuchus dici potest volumen quinq̄ libroꝝ. Nā. πεντε quinq̄ τευχος. volumen.

Pentaphyllon. herba quinq̄ folia habēs. hz multas virtutes.

Pentarchus qui quinq̄ viris pręest.

Pentacontarchus dici potest q̄nq̄genarius. i. q̄ pest q̄nq̄ginta. Nam. πεντι κοντα penticonta quinquaginta dicuntur.

Pentecoste. es. a pētecōta dici potest q̄nquagenaria. qñ hęc dies a resurrectione domini distat quinquaginta diebus nam pentecostos latine quinquagesimus dicitur.

Pentathli ofir illi: q̄ in lucta q̄nq̄ artes gymnasticas exercēt. videlicet disci cursus: saltū palestrā z iaculationē. z ipsa exercitatio pētalō latini alio noīe q̄nquertiū a quinq̄ artibus z ipsi pētathli. i. athletę q̄ his quinq̄ artibus se exercebāt quinquertiones appellātur. αθλος certamē Ply. demyrone. hic fecit delphicos pēthlos

Penthemimeris pe. co. latine semiquinaria cęsura ē quotiens post octotēpora syllaba relinquit partē oratiōis terminās Hęc autē cōmunis est: vt omnia vincit amor z nos cedam⁹ amori. pente enim quinq̄ μερις diuisio vel pars.

Pentastice porticus dicunt a quinq̄ columnarū ordinibus.

Pentapolis pe. co. regio inter palestinam z arabiam: a quinq̄ ciuitatibus sic appellata. vbi sodomum z gomorum oppida. Hanc regionē vt solinus scribit de cęlo tactam testatur humos nigra z cinere soluta. Nascuntur ibi poma. quę comedi non possunt: hz matura videantur leuiter manibus. pssa fumum exalent z in puluerē fatiscant. Est z pētapolis regio in libya a quinq̄ ciuitatibus dicta: q̄ z cyrenaica vocatur.

Penus hic vel hęc q̄rte declinatiōis Et hic penus peni hz Prisc. Et h penus penoris z hoc penū z hoc penu ꝺclinabile figit oē esculentū potulētūq̄z. quo vescunt boues. Dictū penus q̄ ea quę longę vsionis gratia cōtrabūtur z recondunt non in promptu sint sed untus z penitus habeātur Festus. penoris res necessarię ad victū quotidianū. Plau. in psa. Nā nisi penus annus bodie conuenit cras populo prostituam vos. Teren. in eu. Prius ad te penum oēm congregabam clāculum Lucil. Ut vroꝛi legata penus. Voꝛ. in neutro genere. Annone prosit portet frumenta penusq̄ penū asia. Uos q̄bus coꝛ di est intra tunicam manus leua dextram in penum berile. Bel. Ex massurij auctoritate demōstrat⁹ z cęreos ligna quo q̄ penori adscribi posse. Nos vo aromata cęsum carnes salitas z alia esculentia dabimus seruanda.

Penarium: siue penuaria cella dicitur omne quod in penu reponitur z ipsum penu z quod penu est.

Penuria quasi vrens penu. vel quod pene vrat: vel q̄ pene minus sit quam necesse est significatq̄z omnem inopiam rerum z pręsertim earumq̄z in penu recondi solent

Penes prepositio: quomō sumat. Uide in dictione apud.

Pene aduerbium significat quasi.

Penus fluuius i thessalia inter ossaz z olympū desinēs collibus dextra leuaq̄z molliter curuis in eo cursu tępe quinq̄ milliū passuū lōgitudine z ferme ser latitudine pulcherrimus ager

Penolope Icari filia z vlissis vroꝛ q̄ lanificio. z absentia mariti solabat z porcos frustrabat q̄b⁹ se ꝺsensurā absoluta tela pollicebat. ſz vt eos lōgius frustraret noctu retexebat. qō interdiu texuisset. Dicta ab auibus q̄ penelopes dicunt. cuius nominatiuus singularis ē penelops. cū prius arnęa vocaret quasi abiecta repudiataq̄z. Etenim in mare proiectaq̄z ab icaro perhibeaq̄z parentibus ferunt educauisse penelopes.

Penis femi. gnis cauda ōr a pendēdo. Uñ z offam porcinā cuz caudā offaz penitā dicebant. hinc periculos dicimus quibus calceamēta tergunt. post aūt penis virile mēbrū dici cęptuz est sicut z salar cauda, quod non tam a pendendo. q̄z a penetrando quidam dici voluerunt. z rectius mas. genere profertur. Iuue. Nouerunt mauri atq̄z indi quē psaltria penem.

Penitus. a. um. pe. pro. quod ex pene hoc est cauda est. Unde penica offa. offa porcina cum cauda. penitus vo pe. coꝛ. significat quod est ītra. Plau. in asi. Age queso ex crea vsq̄z ex penitis faucibus etiam amplius Inde penitioꝛ interioꝛ penitissimus ītimus Inde penetro. as.

Penitus aduerbiū locale. quasi pene intus. i. valde īterne seu intrinsecus. vel intima parte z secreta. vt cuz dico penitus me nosces. hoc ē intus. z incute Uir. Et causas penitus tētare latens. Fit aūt a penes. Id enī penes nos videt eē qō ē penitus reconditum. interdū ponit ꝓ aduerbio q̄litatis z figit. pręsus vel valde Virgi. penitusq̄z sonantis acceptis scopulos. Quandoq̄z significat longe. Idem penitusq̄z alias aduexerat oras Hinc penitus. a. um. de quo mox est dictum.

Penicilla. instrumēta pictoꝛa. vide infra in peniculis.

Penetro. as quasi penitus intro Lac. lib. iij. Ad egyptios z mas gos z persas vsq̄z penetrassent.

Penetrabile qō facile penetrat. Uir. penetrabile telū Mar. ne medidos intret penetrabile frigus in artus Interdū sumitur passiue. qō facile penetratur. Liui. li. xlv. z in asperis locis sępe impenetrabilis ferro occurrebat:

Penetrale nomē substātiuū figit oēm partez interioꝛem domus vel tępli: ſz si intecta seu oē qō in ītimis ptibus est. Uñ penetrale sacrificiū dicebat qō in penetrali hoc est in intima parte domus fieri solebat. Lac. de. opi. Quantulum enī videre possemus si mens ab intimis penetralibus capitis per exiguas cauernarum rimulas attenderet.

Penates dicti sunt dii domestici. q̄ penes nos nati sunt vel qō nō lōge absint ab hac vi. siue q̄ penitus īsident. Ex quo ēt penetrales a poetis vocant. Alij a penu h̄ nomē deriuāt Macro. penates eē dixerūt p quos penitus spiramus. p quos habemus coꝛp⁹ p quas rōnez ai possidem⁹ cuius noīatiuus singulus secūdū aliquos ē hic penas. scōm aliquos hic penatis.

Peniculus z penicillus. siue peniculū z penicillū. q̄uis diminutiua videantur a penis. signt tñ ea q̄bus: calceamenta vasaq̄z tergunt. Idē q̄bus pictoꝛes pingunt qñ ex caudaz extremitatibus fiāt Ply. li. xxxv. Arreptoq̄z peniculo lineā ex coloꝛe durit sūmę tenuitatis p tabulā. Idē i eodē. vsus ad penicillū aut si lignū colorare libeat. Quin. li. ij. instit. Ut celatoꝛ cęlū. z pictoꝛ penicilla desiderāt. Itē q̄b⁹ Albariū tectoꝛio īserunt q̄ ofir tectoꝛij peniculi Ply. Setarū ex bis e penicillis tectoꝛijs cinus cum adipe tritus. Itē q̄bus vulnera stipant. Uel iō ne claudant. vl vt apiant magis: vt fiāt pēicilli ex linteolis ocre pitis ex medulla sambuci z ex spōgia Idē Tū peniculo vulnus apertum Omne pręterea quo ad aliquid mundādum: illinendumue vtimur. penicillum vel peniculum vocamus pręsertim si expongia sit factum. Ter. in eu. Quid ignaue peniculon pugnare q̄ istuc huc poꝛtes cogitas. Ply. Dyssopū q̄

cum myrrha calidum penicillo illitur. Item spongię genus molliſſimum eſt qui penicillus dicit ex quo fiunt penicilli.

Peniculamentuz ps veſtis quę terram attingit. Enni. pendent peniculamenta vnum ad quemqz pedum.

Pęna p duplex nn aliū eſt. Sūt. n. pęnę maiores q̄z plumę. Et ē gñale ad pīnas. ſ. ſummitates: z ad plumas. pīnę aūt ꝓprię ſunt pęnę quę plumę hoc ē molliores z exiguę pęnę nō ſunt

Pēnula ſiue pīnula. ps ſūma aurl ab acumitate dcā vñ i Leu. legitur. Lūcta q̄ nō hñt pēnulas z ſquāmas in aq̄s poluta erūt. ꝓpzie vō pēnula diminutiuū ē a pēna. Aug. lib. v. ci. de. Qui nec auis pēnulā nec herbę floſculū: nec arboris foliū ſine ſuarum ptiū ꝺueniētia dereliquit. Li. lib. iij. de na. deoz. Lū aūt pēnulis vti poſſunt. tum volatus eozū matres ꝓſequuntur

Penula per ſimplex n veſtis q̄ nebuloſo ſeu pluuioſo tpe ſupra tunicā aſſumit loco palij ad arcēdas a corpe pluuias. Pōpo in panicea. penulā in caput induce ne te noſcat: Quint. Cum galba penulā rogāti amico rndit. Nō pluit: nō opus eſt tibi Si pluet ipſe vtar. Juue. Et multo ſtillaret penula nimbo. Hęc ſi ex pellib⁹ eēt ſcortea vocabāt. Mar. Ingrediare viā cęlo lz vſqz ſerēo. ad ſubitas nūq̄ ſcortea deſit aq̄s Aug. li. j. cō. videt figare penulā fuiſſe bitū grāmaticozū. Quiſq̄s inq̄t penulatozū magꝝoz audit aure ſobria ex eodē puluere boiez clamātē z dicētē. Fingebat h̄ homerus. Ulp. iter cōia veſtimēta q̄b⁹ vir z mulier ꝓmiſcue vtunt penulas annumerat. Uar. dixit q̄rēdā eē penulā boī q̄ hz vtutē: ſcribit. Lāpr. Alexādrū ꝺſtituiſſe: vt ſenatores penulis itra vrbem frigoris cā vteret cū id veſtimētū itinerariū z pluuię fuiſſz. Erat ēt penula gauſpina cādida ac villoſa q̄p ęſtū vtebāt Mar. is mihi cādoz eſt: villoz gra tāta ē: vt mevl media ſumē meſſe veliſ

Pennatus. a. um. quod pennas habet: vt volucres pēnatę: Sic impennatus qui pennas non habet.

Pēnariū i quo pēnę reponunt: ſicut calamariū in quo calami.

Penulatus: penula indutus. vide in dictione penula: penulariū locus in quo penulę reponuntur.

Peplus: ſiue peplum: veſtis ſolēnis q̄ iniſcit: vel viro: vel fęmine vel deo deęue Uir. crinibus iliades paſſis peplumq̄z fere bant. Plau. nūq̄ ad ciuitatem venio niſi cū inferē peplū bodie tamen inquit. Ser. abutuntur hoc nomine.

Pepones melōes. Pier. in lib. mū. In mentem veniūt pepones

Pepſis: latine cōcoctio vñ peptice. medicamenta ad concoctionem quę foris adhibentur απο του πεπτειν Inde diſpepſia mala cōctio q̄ cibo non perficiuntur.

Per ꝓpoſitio ē: q̄ ſepata q̄nq̄z localē: q̄nq̄z tpalem hz ſig̃ationez vt p vrbē vado: p mediū diē opor. Q̄nq̄z denotat pſonā: vt p medios ruit ac mozientes noſe clamat. Q̄nq̄z iurādi ē vt p pol. i. p pollucē. q̄nq̄z obteſtādi. Uir. p te p q̄ te talē genuere pentes. q̄nq̄z mediū q̄ndā z q̄ſi itercedozē figit vt p meos amicos obtinui. Li. Q̄ō p me certioz fias. i. me opante. cōpoſita vō pfectionē denotāt. Lac. ſi legit plegat. i. vſqz in finē legat. Li. Nūcius q̄ lras accepit nō ptulit. Aliq̄n i bonū vel in malū accipit. pſequor aliq̄n abnegatiua ē: vt pfidus piurus. qui fidem z iuſiurādum fregit: aliq̄n figit p mediuz: ſiue trans vt pſtuo ꝓpluo. pſpicuū p cuius mediū videmus vt criſtallus. Aliq̄n hz vim aduerbij z p valde ponit: tanq̄ ſuplatiuo: q̄ poſitiuo: iungit Lol lib. iiij. Nam credidiſſe villicis vel etiā vinitozi: ſocozdis ē cū q̄ō longe ſit facilius adhuc perpauciſſimis agricolis contigerit. Ut nigri vini ſtirpe careant. Li. per graue mihi viſum eſt. Et ſi addat q̄z figit maxīe vt per q̄z bonus. i. optim⁹. p q̄z magnus. i. maxīus. Jungit ēt ſuperlatiuo Curtius. p q̄z maxīmo pōt exercitu cōparato. Aliq̄n figit nimis vehemēter z in bonā z i malā ptē: vt ptinax: q̄ nimis tenax ē ourus z ferozabilis de quo infra. Lōponit ăt cū dictiōe incipiēte ab a vt pago. b vt pbibo. c vt pcurro. d vt pduro. e vt pereo. f vt pſero. g vt pgratus. h vt phibeo. i vt piurus. l vt perlego. m vt pmitto. n vt pnocto. o vt perozo. p vt ppendo. q vt pquiro. r vt pergo quod ex per z rego cōponit. vnde z p̄teritum perreri facit. ſ vt pſuadeo. t vt ptinax. u vt peruerto.

Pera pellis a collo ad lumbos pendens a quo pera ſacculi gñs hinc peram viatoziam vocamus qua pauem z aliquid opſonij geſtarē viatozes ſolent: quemadmodū poculum viatoziū quo vinum. Eius diminutiuum eſt perula.

Perea cū diph. vlteriozi iudęe pars quia vt inquit Strabo regio que trans euphraten eſt perea nominatur.

Perago. is pe. coz. peregi. pactū. pficio Sene. Oia inchoat: nihil pagit. Interdū pduco. Pla. nauē pegit i portū. Apul. z multas noctes pegi in ſones Interdū ptracto. Uir. li. vi. oia pcepi atq̄z aīo mecū añ pegi. Interduz ptrabo vel ptrahē facio: vt h̄ mea d carceres ad mortē vſq̄ pegit. A pago fit pactio q̄ē pfectio. Li. Seneꝯ pactio ętatis ē. pagere reū figit odemnare ſz facere reū ē accuſare. vñ ait iureco ſulꝯ pegiſſe reū ñ alias q̄s videt niſi z cōdemnauerit. Ply. dum peragit reus.

Perago. as. pe. c. ex p z agro cōponit iurta ꝓpōnis z agri ſignatione oz figare p agrū ſiue p agros ambulo: Sz q̄ q̄ō pagrat exp̄mit z pactuo ipſi⁹ verbi ponit: agri ſigatio remouet z pambulo: ſiue inq̄rēdo circū eo ſumit. Li. li. iij. offi. Et ob eā cām vrbe relicta rura pagrātes ſepe ſolim⁹. Pier. Eādē oza italię q̄ quondā magna grecia dicebat laboriosiſſime peragrauit: hinc peregrin⁹ peregrinoz z peregre deducunt.

Peräno. as. figit per integrum annum tps vino. Lōponit enim ex per z anno as. Macro. lib. j. ſatur. Scribit paſcos romanos menſe martio z publice z priuatim ad annam perannāq̄z ſacrificatum ire ſolitos vt annare perānareq̄z cōmode liceret: hoc eſt vitam degere incolumē perānū integrū. Sueto. in veſpa. Ideoq̄z puella nata non perānauit. perenno vero per eſignificat diu viuo z duro de quo infra.

Perbibo pe. coz. pfecte bibo. Lact. lib. ij. Infecti ſūt pſuaſione ac penit⁹ eoz mētes ſuccū ſtultitię pbiberūt. ſz h̄ p metaphoraz.

Per cām: ſiue p ſpeciē figit p ſimulatā cāz. Li. li. iiij. Ut cū appio pināret ianuę rex p cāz aliquā i anguſtiis ſuſtineret a tergo agmē. Jdē. Di poſti q̄z aliq̄d moueret colloq̄ndo cū Annibale rati nocte p ſpeciē venādi vrbe egreſſi ad eū ꝓficiſcunt.

Percello. is. perculi. perculſum. ſignificat euerto percutio. Uar. Alius teneram abietem ſolus percellit. aliquādo differo Lucil. Ad nonum hoc percellit annum.

Percipio. is. pe. coz. perfecte capio. aliquando ponitur pro intelligo ſentio a quo perceptio.

Percitus. pe. coz. nimis incitatus: q̄ ira ac furoze accenſus eſt.

Percoarcto as. ex p z cō. z arcto. abiecta eni arcto vō freq̄ntatiuum ab arceo fit: z figit perfecte cogo ſiue cōſtringo. Lol. lib. ij. de ſęno loq̄ns. Tūc demū inq̄t cōuertemur z vtrūq̄z ficatū pcoarctabimus inſtringā. atq̄z ita manipulos vinciemus.

Percolo pen. coz. pfecte colo. Lamo ſiue veneroz Plau. in Tri. Feceris ptius cęteris factis patrem tuū ſi percoles.

Percōtoz p. o. z ſine. c. añ. t. a conto ōz quo nautę vtunt ad locanaib⁹ oppoztuna. Nā aquę altitudinē cōto ptentāt. Juue. Eſſe aliquos manes z ſubterranea regna z cōtū z ſtygio ranas igurgite nigras: atq̄z vna trāſire vadū tot milia cymba.

Percunctoz. vō per. u. z. c. añ. t. Fit a cunctus. a. um. q̄ a cunctis perquiratur: is q̄ curioſus eſt percuncta interroget Et vtrūq̄z figit diligenter interrogo. Plau. Quid iſtuc in mēte eſt tibi ex me mi vir pcunctarier. i. mozari q̄rendo. ſiue pcūcta inquirere. Ply. percūctantiq̄z quāti licitaret opera effecta. parvum neſcio quid dixerat. Eſt ēt pcunctari expectare. Ter. i pboz. Percunctatū ibi ad portum quo ad ſe recipiat.

Percurro valde curro. ſiue currēdo pſeuero Plau. in ſti. Percucurri vt nunciarem nunciū exoptabile. Ter. in an. Continuo ad te ꝓperans percurro. Do. Uide quātū ꝓperans z przecurro vt cōtinuationē curſus oñderet. Q̄nq̄z percurre eſt per aliquē locū currere ſiue diſcurrere. Aug. p translationē. Ut q̄d opus eſt multa percurrere z multa vana hr̄ſuz enumerare. Q̄nq̄z eſt negligētius z curſim perträſire. Li. li. iij. de oza. Et multo apertius ad intelligendum ſi ſic conſtituitur aliq̄n ac nō iſta breuitate percurritur.

Percuro. as. pe. ꝓo. perfecte ſano. Curtius percurato vulnere acrius obſidioni inſtitit.

Perculſus. participium a percello ſepius ad animum refertur. Greg. Una mulieris voce perculſus dum mori timuit. vitaz negauit. Percuſſus ad corpus fit a percutio.

Percudo.is.pe.pro. perfecte cudo ꝛ quasi frango. Colu. lib.ix. Animaduertat auiarius an pulli rostellis oua percuderint.

Percutio.is.pe.cor. percussi percussum ex p ꝛ quatio.q in c.mutata ꝛ abiecta a. figt ferio. Cuius compositum est repercutio: Am.lib.j.offi. Cum malediceretur non remaledixit.cum percuteretur non repercussit.

Perdo.dis.didi.ditum ex per ꝛ do figt amitto.quasi nimis do. Qui aut nimis dat.q̃d habebat amittit. Pier.li.j.R. Et de afinis q̃s pdidisti ne solicitus fis: q̃ inuētę sunt. Et perdere est perimere: qñ q̃ amittunt q̃si mortua nobis esse videtur. Ter. Dij te pdãt: huius ꝓposita sũt. Deperdo qõ ẽ in totũ perdo. Laius scribit. deperditũ dici qõ in nã rex eẽ desijt: diminutũ qõ vsu raptũ ẽ disperdo. Sumo. vel varie perdo. Pla. in tri. Pręterea aliquantum animi causa in delitijs perdidit.

Perduo veteres dixerunt ꝓ perdo. a quo perduxro. Plau. dij te deęq; oẽs perduxrint cum istoc homine.

Perditus.dita.ditũ.amissus. Et pditus q̃ ita alicui perturbationi aut vitio subiacet vt inde se eximere nõ possit: ꝛ q̃ oĩ vitio cõtaminatus ẽ. ita vt de eo nulla spes habenda sit: perditus ꝺ perditũ enĩ dicũt qõ iterijt ac recuperari nõ põt. Li.li.ij. offi. Dũ boies pditi hastã illã cruentã ꝛ meminerint ꝛ sperabunt. pditũ pdamus plus figt quã pdamus solum. Est enim exaggeratio quędã Li. Ter. Ne puerũ pditum pdamus: boc est ne ex infelicissimo infeliciorem faciamus.

Perdite amare: est vehementer amare.

Perdix auis nota a pdendo dicta. Nã vt Amb. Jrenęo scribit. Hę auis ꝺ eẽ plena fraudis ꝛ fallacię. q̃ decipiendi venatoris vias caleat atq; artes nouerit vt eũ apullis auertat suis. Certe si insistere aduerterit. tãdiu illudit: quãdu soboli fugiendi signũ tribuat ꝛ potestatem: quaꝫ vbi euasisse senserit ũc se ꝛ ipsa subtrahit: ꝛ lubrica arte deceptũ insidiantẽ relinquit. De hac Piero. ad ꝓsidũ. pdix aliena oua calefacit furatis suis. Sꝫ cũ creuerint in nido. pulli euolãt ꝛ ad parẽtes suos redeũt: mentitũ parentẽ omittentes. pdices sibi insidiant. Et si afferãt illos ad syluã q̃ eos habẽt vocẽ emittũt absconsi: ꝛ ficęteri veniũt: ꝛ retibus capiunt. plus pedibus quã pẽnis fugiunt aucupãtes. Et si ad hoc fuerint vt capiant. sibi similem colore lapidem quęrunt ꝛ ibi se supinos ponunt.

Perdius ex p ꝛ dius qõ ẽ dies: ꝛ is ꝺ q̃ ꝺ die vigilat sicut ꝓ nox q̃ nocte vigilat. Hel.li.ij. Stare solitus socrates ꝺ ptinacia tatu pdius. atq; ꝓ nox a fũmo lucis ortu ad solẽ alterũ orien tẽ in cõuiuẽs imobilis bisdẽq; in vestigijs ꝛ ore atq; oculis in eũdẽ locũ directis cogitabundus tanq̃ quodã secessu mẽtis atq; animi facto a corpore. i. ꝓ die ꝛ ꝓ nocte. Sene. Jd per dius ꝓ noxq; agebat: sic interdius intra diẽ: vel ꝓ die q̃ nulla vigilationis ꝓpria figatio inest. Dius aũt ꝓ die ponit ĩ cõpositione: ꝛ nomen est ꝛ noiatiui casus: sicut noctu ꝓ nocte. Plau. i mer. Neq; cõquiescam vsquaq; noctu neq; dius quus profecto q̃ aut amicam. aut mortem inuestigauero.

Perdo.as.figt remitto. Aug. in interpretatione. ps. Expectans Recedis a peccatis perdonabit peccata.

Perduellis hostis dicitur. Plau. in am. perduelles penetrãt se in fugam ibi nostris animus additus est.

Perduellio crimen lesę maiestatis: aut reipublicę: seu is q̃ ita lędit. Li.li.ij.of. Nã pirata nõ ẽ ex pdulionũ numero diffinit ꝰ is cõis hostis oĩum. Ulp. ꝓ crimine sumpsit. Qui pdulionis reus ẽ hostili animo aduersus rempub. vel principẽ animat ꝰ est Antiq̃ perduellẽ dicebant q̃s nunc dicunt hostes ꝛ tunc hostis significabat peregrinũ qui suis legibus vteretur.

Perduco ad finẽ vsq; duco. Lic. in cato. m. q̃dẽ val. cozuinũ ac cepimus ad cẽtesimũ annũ vitã pduxisse: aliq̃ pducere ẽ ꝓ vim ducere. Inde pductores a cicerone in ver. dicti sunt: q̃ vt Asco. inquit in hoc differunt a leonib ꝰ q leones sunt scortorum perductores etiam inuitarum personarum.

Peredo pe.cor. ex per ꝛ edo es vehementes edo. a quo peredia ipsa comestio.

Peregre pe.cor. figt peregrinãdo. Et ẽ cõe tã significantib ꝰ q̃ de tẽ q̃ motũ: vt peregre suę: peregre veni pegre vado Aug. li. ix. cõ. Frater aũt meus q̃ddã locutus ꝙ eã nõ pegre sẽ in patriã defugi fęlicius optaret. i. in pegrinatõe. Ad locũ: vt apõ Plau. in am. Ita pegre veniens bospitio publicitus accipiat

Peregrinus: aduena ꝛ aliena loca pagrãs a peragro. pagras. Et differt ab hospite ꝙ pegrinus simpliciter eũ figt q̃ i sua ciuitate nõ ẽ. Dospes q̃ in aliena ciuitate ẽ. Antiq̃ tñ pegrinos dicebãt hostes. Amb. Aduersarios molli veteres appellatiõe noiabãt. Dostes. n. antiquo ritu pegrini dicebant. Peregrina sacra dicta sũt q̃ ex alijs vrbib ꝰ religiõis gra sũt aduecta.

Peregrinor. pe. produ. depo. absolutum significat per aliena loca peragrans perficiscor.

Perendie. figt ꝙ vulgo ꝺ post cras. Li. ad Atticũ. Scies igit cras ad summũ perendię. Pier. ad pã. Ut qõ bodie nõ merui: cras vel perendie merear. Uñ perendinus dies ab hinc tertius. Cęsar. Qui se p te licęat pendino. die cũ ꝓximis hibernis coniuncti cõem cum reliquis casum belli sustineat. Dinc Comperendino. as.

Perennis: ꝛ hoc perẽne sine b ex p et annus mutatis litteris: q̃si per annos durans. i. perpetuus. Inde fit. perẽno. as.

Perenno. as. p annos duro. Col. li.j. Sz ꝛ tẽpet vires clementia cũ ꝛ terribilior ꝺ esse q̃ sęuior ꝛ obsequanꝫ eius impijs ꝛ diutius pennent boues nõ confecti vexatione simul verboꝝ opũq;. Idẽ li.iij. Rosa hoc mõ culta multis annis pennat.

Perennitas: ipsa duratio. Idem nã ea cęli positio maxime frigida ꝛ minime humida est quę vtraq; perennitatem conditis frumentis afferunt.

Pereo. is. iui. vel. perij. peritũ secundũ analogiã. Cõponik. n. ex p ꝛ eo qõ facit itũ: sed nusq̃ legi cũ tñ peritur ꝰ bẽaꝫ Aug. sup Jo. tã q̃ eẽnt ab illo perituri merito turbantur. ꝛ figt perire amittere. Pier. i. li. R. Perierãt ãt a sine cis pris Saul. Oñq; Absumere. butaruia. Ter. in adel. Nępe tua arte viginti minę ꝓ psaltria piere. Usi ꝛ ꝓ mori sumiꝫ. q̃si in totũ ire. ꝙ qui perit. prsus abit. Ply. li. vij. Tu q̃ te deũ credis aliquo successu tumẽs tãti tũ pire potuisti. Atqui ẽt hodie minozis potes quãtulo serpẽtis: ictus dẽte: aut ẽt vt Anacreon poeta acino vuę passę vt Fabius senator ꝓtor in lactis bausiu vno pilo strangulatus. Huius composita sunt Depereo ꝛ Dispereo.

Perfrico. as. pe. cor. valde frico. pfricare vero os seu frontẽ figt pudorẽ deponere. Nã cuꝫ in pudibundo sanguis diffundaꝫ ex corde in faciẽ tãq̃ velamẽtũ: q̃ in pudibũdi sũt ꝛ inuerecũdi ꝛ erubescere videri nolũt: bi solẽt os ꝛ frontẽ pfricare ad rubozẽ illũ digerẽdũ ꝛ sanguinẽ ad interiora repellẽdũ. Dic facta ẽ locutio. puerbialis de inuerecũdo: vt dicaꝫ perfricuit os pfricuit faciẽ pfricuit frontẽ. p eo qõ ẽ pudorẽ abiecit. Li. li.iij. tus. Quid tergi versam ꝰ: nec fatemur eã nos dicere voluptatẽ quã tu idẽ cũ os pfricuisti soles dicere. Ply. perfricui faciẽ nec tñ. pfeci. Mar. Et si pfricuit frõtẽ posuitq; pudorẽ

Perfero. penul. cor. vsq; ad ostitutũ finẽ fero. Li. Sz nuncius ille q̃ litteras accepit nõ pertulit. Alibi. p denũciare posuit vt i epła ad Celiũ Jn bis suꝫ locis quo ꝛ pp lõginq̃tatẽ ꝛ. ppter latrocinia tardissime oĩa pferunt. i. portant vt denũciantur. Aliq̃ patior. vt diram trucem. p nobis christus pertulit.

Perfidus. pe. cor. q̃ fidẽ violat sine perdit. Uir. li.v. Nũc pelagi nymphę classis tua perfidus vt nos pcipites ferro rutulus flãmisq; pmebat. Dinc perfidia ꝛ perfidiose. Li. li.j. ad herẽ. Jn odiũ adducemus si q̃d eoꝝ spurce ꝛ superbę perfidiose crudeliter confidenter maliciose flagiciose factũ proferem ꝰ. Jmemẽ ẽt perfidus. pe. pro. a fido. is. pro eo cui multum fidendum est sicut Jnuidus cui non est fidendum.

Perfructus a perfruor. Li. ad hortẽ. Et amęnitate loci pfruct ꝰ ẽ

Perfuga pe. co. q̃ ad hostes perfugit vel ꝺ rã sfugiendi morẽ perfecte nouit. Li. li. iij. off. perfuga ab eo venit ĩ castra fabricij.

Perfugiũ locus tutissimus quo nos in vexatione aut calamitate recipere ꝺtendimus quãuis id nõ minus apud boies sit. Apul. pfugiũ facinorosoꝝ boiuꝫ. Li. li. ij. Itaq; medio ꝓpe tã victores cęsi ꝛ vsti pars perexigua duce amisso q̃ nullũ ꝓpius perfugiũ erat Romã inermes ꝛ fortuna ꝛ spẽ supplicuꝫ delati sũt Trãsferẽ ẽt ad alia: vt ad litteraꝫ Li. Itaq; vtor eo dem perfugio quo tibi vtendum censeo litterulis nostris.

Perfunctorius .a.um. a perfungor ꝰ figt qõ cito ꝛ leuiter tran-

sit. Amb. li. de paradi. Cognoscere vtiq; nō sola ꝛ percuncto ria scīa ē: sed in eoꝝ operatione q̄ oporteat fieri. Vnc perfunctozie qō ē trāsitozie ꝛ ūnaniter. Idē li. hexa. De naribus q̄d loquar: q̄ binio ꝛ ꝓcero fozamine antruꝝ quodā recipiēdis odozibus pstant vt nō perfunctozie odoꝝ trāseat: sed diuti⁹ inhęreat narribus ꝛ earū ductu cerebrū sensusq; depascat.

Perga. oppidū in pāphilia a qua diana pergea dicta ē ꝓpter templum illi dicatum.

Pergamū siue pergamus ciuitas asię insignis q̄ diu sub attalicis regibus fortunata fuit ꝛ postea romanoꝝ ꝓuincia facta est. Apud quā chartę vsus inuentus est q̄ nūc quoq; vulgo pergamena dicit. ab attalo vt Helianus: vel ab Eumene vt Ply. ait. Et pergamo Galenus medicus celebris: ꝛ Appolodoꝛ⁹ oratoꝛ fuit q̄ artes ꝺscripsit ꝛ Appolodoziā sectā introduxit: ꝛ Augusti Cęsar⁹ magister fuit. Et discipulus memoratu dignissimū Dinoy. ciuē suū cognoīe Atticū q̄ sermones ꝛ bistorias cōscripsit: edocuit. Est ꝛ pergamū Idē ꝓmōtozium.

Pergama: pgamoꝝ: arces troianę: q̄ q̄n altissimę est oīa alta ędificia pergama sūt appellata. Vñ nō inerito vbs Cisalpinę gallię ex qua ego oꝛtū duxi pergamū dici posset q̄ in edito sita sit: Sz Ply. auctoꝛitas nō ꝓuipēdēda sunt: qui bergomū ꝓb ꝛ o scribit ꝛ eius incolas bergomates appellat.

Pergo. pgis. prexi. ex p ꝛ rego sigt vado. Plyn. Mox vbi pluribus eodē mō se coꝛijs loꝛcauit in dimicationē pergit. Q̄n q; prosequoꝝ pseuero siue ꝓcedo. Ter. in Adel. Nā si molestus eē pgis. Uir. O dea si prima repetens ab oꝛigine pergaꝝ Q̄nq; Algo. Idem Pergite pierides. Q̄nq; Festino. Ter. in phoꝛ. Domū ire pgā vbi plrimū ē. Q̄nq; Conoꝛ. Idē eadē Hoc vbi ego audiui ad foꝛes sustinēse gradu placide ire prexi. Hinc componitur. Expergo qō sigt Expergefacio. Actius. Deus vigiles pro parte expge expgite pectoꝛa tarda sopoꝛe. Sipontinus cōponi putat ex p ꝛ ago. Iz vt opinoꝛ fallit tuꝝ qz ꝓteritū prexi facit fm anologiā simplicis rego non pegi. qō est a perago quia perago compositum habetur ab ago.

Pergręcoꝛ. aris. epulis ꝛ potatōibus inseruio qō ē gręcozū ꝓ ꝓtium. Titi. Noīem impium nunc ruri pergręcatur.

Pergula locus aptus a multis lateribus aerē excipiēs aliq̄ extra parietem poꝛrectus: ꝛ modo tectus. modo sub dio expositus a pergendo dicta q; in ea deambulare soleamus foꝛūq; aut hoꝛtū aut plateas aut vias pspectare ꝛ q̄q; cęnare In pgulis ꝑceptoꝛes discipulos erudiebant: aliq; artifices opa sua velut in ꝓpatulo habebant. Vñ Sue. de Crassicio grāmatico Deinde i pgula docuit. Ply. de Apelle. Idem pfecta opa ꝓponebat in pgula trāseūtib⁹. atq; post ipaꝝ tabulā latēs vitia q̄ notarent auscultabat. Est ꝛ pgula oꝛdo ac cęt⁹ ministroꝝ obediētiū structoꝛi. Iuue. Sz nec structoꝛ erit cui cedere debeat oīs pgula. i. pgentiⁿ oꝛdo. Itē in nau pgula ōꝛ excursus ꝓ totā nauiꝝ: ꝛ alio noīe poꝛtisculus appellat. In vineis vō topiariā opus sigt. Colu. Si q̄ pgule vitiū generosa rū a putatoꝛib⁹ relicte sūt añ klas aptiles vtiq; deputari dñt Ply. et vitū generosaꝝ pgulas ꝑcepit q̄q̄trib⁹ eē putādas.

Perbibeo es. pe. coꝛ. ex. p. ꝛ habeo: sigt dico ꝛ firme teneo. Col. li. iiij. India phibet molibus feraꝝ mirabilis. Interdū phibere ē dare. Idē i eodē. Eius rei testimoniū tu ꝑcipue Sylui ne phibere nobis potes. q̄q; ꝑciū denotat eo modo quo vēdo. Plau. in persa. Eodē mihi pręcio sal phibetur quo tibi.

Peri prępositio gręca mō sigt de: modo vltra: mō circuꝝ; a qua multa per compositionem fiunt.

Periarchon. sigt de ꝓncipijs: siue ꝓncipabus περι. n. sigt de: ἀρχων ꝓncipijs: lz sit genitiui casus: q; gręci carēt ablatiuo Scripsit oꝛigenes libū ꝓtarchō: inq̄t Hier. q̄ sūt re vera alias obscurissimi ꝛ difficillimi. De reb⁹ ibi talibus disputat in q̄bus plr̄i omni sua etate cōsumpta nihil ꝺuenire potuerunt.

Peribōlus: pe. coꝛ. latine circuitus. Dicitur ꝛ peribolum περιβαλλω circumeo.

Pericope. pe. coꝛ. amputatio ꝺcisio oꝛ. Hiero. a pama. Aut si tu quoq; narē ꝺtraxeris illā apli περικοπην. i. amputationē in q̄ de virginitate ꝛ nuptijs disputat alr differere ꝺpelleris.

Pericles nomen viri clarissimi athenięnsis qui remp. xl. annis gubernauit ex περι ꝛ κλεος gloria.

Periclymenes: nomē filij Nelei ꝛ fratris Nestoꝛis.

Periculū a pereo deduci videt ꝛ salutis discrimen sigt. Virg. Obscęnāq; famē q̄ ꝓma picula vuro. Aliq̄n oꝛ experimētū. q. rarū ē tentamētū sine piculo. Ter. i eu. Fac piculū i litteris. Et sic apioꝝ antiquo verbo fm Ser. deriuat. sicā feroꝛ ferculū. Dic piculosus. a. um qō ē cū piculo. Li. li. j. offi. Brutioꝝ bus aūt moꝛbis piculosas curatiōes ꝛ ancipites babē cogūt

Periculoꝛ: piculum ꝺubeo. Lato. periculatus sum.

Periclitoꝛ pe. coꝛ. idē qō piculoꝛ: vt piclitoꝛ fama capite: hoc est piculū ꝺubes ista ꝓdendi. Dī ēt piclitoꝛ siti: q̄n in piculo positus suꝝ moꝛiendi ꝓp sitim piclitari ēt sigt exp̄iri. Lic. lib. j. de oꝛa. Subeūdus vsus oīuꝝ ꝛ piclitandę vires ingenii. Placus Itaq; potius piclitari volui si possz mea presentia ꝛ lepidum tueri ꝛ exercitum facere meliozem q̄; nimis cautus videri.

Peribermenias. latine dicitur de interpretatione.

Peribegesis ambitus. Ply. Possidonio qui ꝑplum aut peribegesin. i. de terrę ambitu.

Perbimetros: latine Immensus. quasi vltra mensuram.

Periodus latine clausula siue circuitus vel ambitus vel comprehensio: vel circunspicio ꝛ cōtinuatio: nōnūq; anfractus ꝛ terminatus. Nā cōponit ex circū ꝛ via. Est vbi enim plena sniā est. Vñ medici piodicas febres vocāt q̄ certis tpibus veniunt. i. abeunt: ꝛ quoddam quasi circuitu facto rursus redeūt vt sunt tertianę ꝛ q̄rtanę. Est ꝛ piodus gis certa minis apud gręcos. vide in dictione pentathli.

Perioecus. latine contuꝝbenalis dicitur.

Peripatetici philosophi dicti sunt a περιπατεω. hoc est a deambulando. Et περιπατον gręci vocant ambulationē hoꝛ ꝓinceps fuit. Aristoteles. Nā in lyceo inambulans docebat. Dic ōmētationes vesptinas. Aristoteles λειλον περιπατον. i. post meridianā ambulationē appellabat.

Periphrasis latine circunlocutio: vel circuitio. vt apud. Virgi. Et iam prima nouo surgebat. tē. cuꝝ diem tantum significet. Est enim oratio rem simplice circunscribens elocutione.

Peripheria: circunferentia.

Peripetasma atis. gis coꝛtinę qua parietes ꝛ aule teguntur seu tapetia babylonici flozis varietate cōspicua: quę a Lucre. babylonica dñr ab alijs aulea ꝛ attalica. a Capitolino Stromata ꝛ pistromata. A Uarrone beluata. boc est a beluis variegata a plauto peristromata.

Peristroma. pe. ꝓ. quasi circūstratū. idez qō pipetasma. Plau. in pseu. Ita ego vestra latera lozis faciā vt valde varia sint: vt ne pistromata eque picta sint campanica. Lic. lib. ij. phil. Cōchyliatis. Cn. pompo. pistromatis versi colozibus ꝑsimiles esse seruoꝝ in cellis lectos stratos videres.

Peripsema. pe. pro. atis. qō gręci περι ψαω scribunt a περι ψαω quod est circūrado vel circūlimo abstergo ꝛ repurgo Vñ limatura siue rasura ꝛ purgamentū dici pōt. Vñ Apud Aplm Tanq; purgamenta huius mundi facti sumus omnium perispema vsq; adhuc.

Periplum. i. lucratum nauigatione circuitum.

Peripheroma quasi supplementum: Figura est cum particula aliqua snię minime necessaria additur metro. Uir. Multuz ille ꝛ terris iactatus ꝛ alto: vbi sine particula ille staret sensus: sed non versus.

Periphoꝛetos: quasi circunlatilis quales appellari solent qui i lectica circunferri consueuerunt.

Peripneumonia περιπνευμονια moꝛbus cuꝝ pulmo totus afficit: ꝛ tussis subsequitur. Qui būc moꝛbū patiunt peripneumonici dñr. Ply. Mellis q̄dē nā talis est vt putrescere coꝛpoza nō sinat faucib⁹ ꝛonsillis angine oibusq; oꝛis desiderijs vtilissimum arescētiq; in febꝛibus linguę. Iā vō pipneumonicis pleureticisq; decoctum. Cum vehementioꝛ est difficultas spirandi spirare eger sine sono ꝛ anhelatiōe non pōt asthma vocatur Oꝛthopno ea cū spirare nō pōt nisi recta ceruice spūs trahat. oꝛ spnoea cū difficultas spirandi modica est.

Peristeroꝛrophiū. locus in quo colūbę habent latine columbariū: q̄uis colūbariū. ꝓpie sit loculamētū in pisteroꝛrophio singulis colūbaꝝ

trigulis columbaꝝ paribus ꝑparatū. Nā peristeris colūba. Inde pistereos herba colūbis admodū familiaris. Uar. li. iij de re rus. Duo gña eaꝝ in peristerotrophio esse solent. Unū agreste qō habetur in turribus ac culminibus ville.

Peristercon. idē qō peristerotrophiū. Uar. Incedunt locūvnū qō alij vocant peristereona. Alij peristerotrophion: in quo vno sepe vel q̄nq; millia sunt inclusę: peristereon fit vt testudo magna camera tectus vno ostio angusto.

Perisscelis. idis. ornamēti gñis circa crura quo mulierū gressus cōponi solebāt vt docet Porphy. enarrās illud. Hora. Sępe perisscelidē raptā sibi flentis. Fit aūt ex ϖερι circū σκελος crus. Pier. li. xxv. Ob hanc cām offerimus in denarijs oñi simili qō in ꝓeda auri potuimus inuenire perisclides ꝛ armillas anulos ꝛ dextralia ꝛ murenulas: vt deprecęris ꝓ nobis dñm. Idem ad Fabiolam scribit perisscelides a latinis vocari feminalia seu bracheꝝ quibus pudenda velantur.

Perissologia. supflua locutio: vt si dicamus. Felix sit ꝛ minime pereat. Lesa. Nam ϖερισσα superflua λογος locutio.

Peristylus. locus clausus colūnis: peristyliū q̄si circūcolūnium ϖερι circū στυλος colūna. Est aūt locus circūquaq; porticū habens vel saltē a tribus lateribus. Uitr. peristylia in trāsuersō tertia parte lōgiora sint q̄ꝫ introrsus. Iti dē Tetrastylos dēstylos: octostylos oñr a Uitr. loca a numero colūnaꝝ.

Perizonium. palliolum pręcinctum quo nude virgines infra papillas pręcinguntur: hoc ꝛ pręcinctoriū ꝛ castula dicitur.

Perizoma. atis. ōr oē qō circūcingit pudēdoꝝ velamē: vt in ge. Fecerūt sibi perizomata. Idē dicit ꝛ lumbare ꝛ barcha.

Perillus. atheniensis faber ingenio ꝓcstās qui taurū ex ere fabricauit in quo reus clauderetur vt phalaridi placeret.

Perimo. is. pe. coꝛ. ex per. et emo. significat adimo tollo. Unde peremptus interfectus.

Perinde. ex per. ꝛ inde cōpositū est aduerbium fili'tudinis. Sigt eni ita. Li. li. iij. tus. In quo facetū illud bionis pinde stultissimū regē in victu capillū sibi euellere q̄si caluicio meroꝝ leuaretur. Sue. in domi. Nulla tñ re perinde motus q̄ꝫ rūso casu Alchetarionis mathematici. Alliq̄ sigt pariter eque. Plyn. Junior. Funus rusi: clarissimi ꝛ pinde felicissimi. Sue. i Le. Quę si qs inuestigare ꝛ pscq; vellet: quartā elementoꝝ ira m id. p. a. ꝛ pinde reliq̄s cōmutet. Aliq̄. Multū seu valde ad modū. Idē in galba. Quare aduentus non pinde gratus fuit Et de Aug. Lorēdice ꝛ semore ꝛ crure sinistro nō pinde vebat: vt sępe ēt inde claudicaret. Li. Ter. Te ꝛ dolobellā pinde diligo. Aliq̄ ponit ꝓ tanq̄. Et sic plerunq; hz post se ac vel ac si vel atq; si: vt fac perinde ac si tua res esset. Et fauso rei tue perinde ac meę. Aliq̄ sigt per hunc modū. Ter. in phor. Sexcentas perinde potius scribito mihi iam dicas.

Perinbus vbs thracię quę nunc heraclia dicitur.

Perito. as. pe. coꝛ. frequentatiuū a pereo: ex per: ꝛ ito. De simpli ci. Gel. Ne quo ad cęnam nisi ad certas personas itaret. De compositō. Plau. in cap. Qui virtutē peritat non interit.

Peritus nomen viri ꝓprium.

Periurus q̄ iusiurādū violat: vel qui iurādo ius puertit. Uirg. Talibus in insidijs piurię arte Sinonis: periurio est iusiurādū violatū. Quid āt sit iusiurādū. Li. lib. iij. offi. declarat dicēs q̄ sit affirmatio religiosa. Idem ibi. Regulus nō debuit ꝓditiones pactiōesq; bellicas ꝛ hostiles perturbare periurio.

Perrhębi genus epirotica. Ꝓper. Aut cur perrhębi tremuere cacumina pindi.

Perlego. pe. coꝛ. multum siue a ꝓncipio ad finē vsq; lego aut video. Plau. in asi. Lege perlege. Quintil. Quod videre non est satis sed perlegendum erit. Uirg. Quin ꝓtinus omnes perlegerent oculis picturam.

Perlucidū. ꝛ pellucidū a pluceo vl pellucio: ꝓ mutatiōez r. i. l. fit pluo ꝛ pellio: plicio ꝛ pellicio. Et est id ꝓ cui' medii oculos dimittimus atq; videmus: vt aq̄ laterna vitrum. Refert ēt ad mentē. Plau. in aul. Is pellucet q̄si laterna punica.

Permano. as. pe., ꝓ. ad finē mano discēdo. Li. li. j. ō na. de. Nec est qđ ab his ad bonum vitā ꝓmanare possit. Idē lib. iiij. tus. Nam cū est occupita pectinia nec adhibita ꝛtinuo rō q̄si q̄dā socratica medicina q̄ sanaret eā cupiditatē ꝓmanat in venas ꝛ ibi ęret i viscęribus illud malū. i. descēdit ꝛ penetrat. Plau. in cap. ꝓ translatiōez posuit ꝓ vulgare. Ne arbitri dicta nra arbitrari quę aut neue permanet palam hęc nostra fallacia.

Permaneo. es. pe. coꝛ. vsq; ad finez maneo. Ply. Junioꝛ. Tunc demū lente ꝛtanterq; venūt nec tñ permanēt: sed añ finem recedunt: per translationē ponit ꝓ persęuerare. Ter. i ecy. Unde ira inter eas intercessit quę tam permanſit diu.

Permitto sino: vt ꝓmitte me legere. Interdū Dedo. Curtⁱ li. j. Sexaginta dierū iducias pacti: vt nisi itra eos auxiliū Dariⁱ ipse mūisset dederēt vrbē: postq̄ nihil ide p̄sidij mittebatur ad ꝑstitutū diē ꝓmisere se regi. Interdū. Incito. Sisen. li. iij. Et ide equū ꝛcitatū ꝓceps ad hostiū ꝓmittit aciē. Interduz ꝓcipito. Idē li. iiij. Multi ꝓmissis armis ex sūmo se permittebant. Interdū. Cōmitto. Sal. Ea potestas p senatū more romano magistratui maxia ꝓmittit. Idē. M. petreio legato exercitū permittit: ꝛ ꝓmittere est q̄si ad finē mittere. Col. lib. vnj. Hoc genus casei pōt etiam transmaria permitti.

Permessus. fluuius Boeotię ex Helicone ꝓueniens phębo ꝛ musis sacer. Uirg. in Sileno. Tū canit errantez permessi ad flumina gallū. Declinat ēt hic permessis. idis vl idos. Mar. Quid tibi cum cyrrha: qđ cum permessidos vnda:

Perna pede vel a gręco ϖτερνα dñr tā pozes q̄ posteriozes corę porcinę salitę cum toto pede quos. Mar. petasones appellat. Ply. Lastrāt sues post bidui medū suspēsę pnis ꝓcubus. Quidā dñt pernā, ꝓprie pedē figare: quo vocabło hispani nūc vulgo vtunt a quo pnę suillę. Unā ꝛ cōpernes q̄ sunt lōgis pedib⁹. Ab hui⁹ pnę filitudine pisces quoq; gñs pna dictus est ex ocharū gñe circa pontias ĩsulas frequentissimū q̄ stent veluti suillo crure longo in arena defixi.

Pernio. morb⁹ pedū ex nimio frigore, pueniēs ꝛ calcaneū infestans pcipue. Ply. Rapū domesticū pniones feruens ꝓpositū sanat: ꝛ crudū tusuz cū sale, pdest cum q̄ vitio pedū. Hui⁹ mi. ē pniculus. Idē pniculos curat ꝛ cotyledō cū axungia

Pernix. icis. pe., ꝓ. a pnitoꝛ. ris q̄ nimiū nitit. Unā aliq̄ sumit ꝓ celeri. Uir. li. iiij. pedib⁹ celerē et pnicib⁹ alio. Aliq̄ ꝓ nimiū pseuerāte. Idē li. iij. ge. de tauro ferociēte. Et iter dura iacet pnix istrato sara cubili. Pier. ad Deme., ꝓ vtroq; significato posuit equoꝛ cursus clamoze pniciꝛ fit. Dic pniciꝛ ꝛ pseuerātioꝛ iteligi pōt. Pernix vō pernicis. pe. coꝛ. a pneco. as. fit ꝓ pnicioso. Et in femenino gñe sumitur ꝓ morte.

Pernicitas velocitas. Plyn. Alibi cauda vilosa homines nasci pernicitatis eximię.

Pernicies moꝛs. a Perneco. Neco autem a Nex. Hinc pernicioſus ꝓ moꝛtifero.

Pernicialis: moꝛtalis. Ply. Pernicialia ꝛ brassicę cū vitę odia.

Perniciabilis: ad necem omnia ducens. Lucr. Multos eximanuit rigoꝛ niuis insolitus: multoꝛum adussit pedes: plurimoꝛum ꝓcipue perniciabilis fuit.

Pernoꝛ. gñis ois: sigt per noctē: nō q̄ tota nocte nūq̄ dormiat Ply. de luna sic inq̄t. Crescēs sp aut senescens ꝛ mō curuata in cornua ĩ fauces: mō q̄ pozrīōe diuisa: mō sinuata in orbē maculosa: eadēq̄ subito ꝓtens imensa orbe pleno ac repēte nulla alias pnoꝛ: alias seraꝛ ꝛ pte diei lucez solis adiuuans deficiēs: ꝛ defectu tñ ꝺspicua. Cū enī dicat alias pnoꝛ: alias seraꝛ ꝛ sera idē sit qđ tarda: pnoꝛ cita significare ꝺuenit: hoc ē vt ego sentio nocte mō ad surgendū cita: mō tarda. Alterū enī ex altero declaratⁱ. Liu. li. v. Pręliūq̄ añ lucē sz luna pernoꝛ erat cōmissuz ē ꝛ haud icertⁱ diurno pliū fuit. Dic pnoꝛ sigt q̄ luna p totā noctē erat: siue lucebat. Hinc pernocto.

Pernocto. as. p noctē moꝛoꝛ: verſoꝛ: vigilo: oꝛo: quiesco: ambulo: sto: habito: dormio: vel q̄cq̄ aliud facio: siue bonū id sit: siue malū. Nō āt totā noctē insomnē duco. Hoc enī rarissime euenit. vt q̄s p totā noctē eugilet, vñ aliud. Terē. in adel. Sz si hic pnocto causę qđ dicā syrę: ita interptoꝛ. Si hꝑnoctē moꝛoꝛ nō aūt si vigilo per totā noctē qđ ad rem nō ptineret: cū ille ꝺpnoctatione sua in vrbe qui rure pnoctare solebat loquat ne pr̄ si rure se absentē noctu ꝺpēdenderet suspicio-

sus exquirat cur non rus redierit. Et illud in ecy. Nã negabas nuptũ filiã tuã posse pati cum eo qui meretricem amaret ⁊ pnoctaret fozis. Li. p Cluentio. Cũ eẽ adolescens apud mulierculã quandã atq; ibi pnoctaret. i. pernoctẽ mozaret. Idẽ p Archia. Adolescentiã agũt senectutẽ oblectant secundas res ornant. Aduersis pfugiũ atq; solaciũ pbent delectãt domi. nõ ipediũt fozis pnoctãt nobiscũ pegrinant rusticant i. bospitant: per noctẽ mozant: versant: stant: ⁊ hmõi pernocto sit ꝺ qõ gñatim pnoctẽ fieri possit. Idẽ pro domo sua. Propter inopiã tecti: in fozo pernoctans. i. dormiẽs. Põpo. pernoctare extra vbẽ õz qui nulla parte noctis in vbe sit. Est ⁊ abnocto quod significat per noctem seu noctu abesse. Ser. in lib. v. gne. hoc etiã illa lex turis indicat q; cum tribunople. abnoctare ab vbe nõ liceret: licebat tamen exire post noctem mediam ⁊ ante mediam reuerti.

Pero. gñs calciamẽti iustici ex corio crudo õ niues bimbzesq; ac frigoza: q; perã veteres pellẽ dicebãt pendente a collo ad lũbos. Iuue. Quẽ nõ pudet alto p glaciẽ pone tegi. Uirg. li. vij. pscos latinos pone in bellis vsos ondit cũ inqt. Uestigia nuda sinistri istituẽ pedis crudus tegit altera po. Uict. vo Ex vlua inqt palustri factus ponib⁹. Ubi q̃si p culleo ⁊ vtre accepit: pero ẽt fuit nomen Nelei filij: ⁊ frater nestozis.

Peronatus. ⁊ perones assumpsit Persius. Natum si poscat sibi peronatus aratoz.

Perosus. ex p ⁊ osus. Osus aũt participiũ eẽ puto verbi odio, p quo defectiuũ odi mãsit in vsu. Uñ osoz verbale. Nã sicut a prãdeo prãsus sum cũ tñ ⁊ prãdi dicamus: ita ⁊ osus sum ab odio capimus, p quo est odi pñtis ⁊ pti psecti tpis. Ter. i ade. Et illud rus nulla alia cã tã male odi nisi q; ppe est. Plau. i cap. Odi. ego aurũ multa sepe multis psuasit pperã. Lapiũt filr. Osus exosus ⁊ posus: ⁊ actiuę figationis sunt ⁊ pticipia: qõ ondit osurus futuri tpis. Et oium, pferã. Festus scribit. Ofi sũt ab odio declinasse antiquos testis. L. Bracchus in ea q̃ est de lege Minucia cũ ait. Mirum si q̃d bis iniurię fit sp eos ofi sũt: qõ nũc quoq; cũ ppõne elatũ frequẽs est cũ dicimus sp ofi. Lol. li. r. Neq; ea curatozẽ fraudulentũ tñ sz ẽt i mundã segniciẽ perosa ẽ. Quintil. li. j. Qui mõ legitimã disciplinã nõ sint posi. Plau. i am. simplici vsus est. Inimicos sp osa sum. Uerbali ãt i asi. Madidũ nibil icõtinẽtẽ atq; osozẽ vrozis suę exosus. Uict. li. v. posuit iuppiter oipotẽs si nõdũ exosus ad vnũ troianos: exosus passiuę ẽt õz ab eutropio.

Perogigamus. ꝺ admittit vt saliat equã. Eo enĩ adiutãte eq̃ al ligata celerius admittiť. Uar. lib. ij. de ru. pogitam appellat.

Perozo, as. finio pago siue vsq; i finẽ dico siẽ dicum⁹ozare figãre agere siue dicere. Lact. li. v. Quãq; Tertullianus eãdẽ cãz plene pozauerit i eo libzo deo platonẽ idẽ fecisse oẽm q; oro nẽ ei⁹ de legib⁹ pozui. Apologetico nomẽ ẽ. Li. li. ij. de legib⁹. Uiratũ eẽ vno ẽstuo die. Doc tñ vbũ figť pfecte siue quãtuz pfecte possum ozo: Uñ perozatio õz finis oronis. Sz q; i bac parte vtimur plerunq; affectibus. Jõ v surpamus plerunq; perozare, p ipsa affectuũ cõmotione. Quintil. At ista legẽ recitat ⁊ in cadauere filij perozat. i. indignationem cõmouet.

Perpendo. is. pzope examino. Uide in dictione pendo.

Perpense aduerbiũ figť, ppe examinate ac ponderate. Amb. lib de Laim. Ex quo cognoscit nec illud ociose scriptum sz perpense ⁊ examinate qõ legimus in regnoz libzis.

Perpẽdiculare geometrię vocãt qõ recte i aliq̃ ẽcidit vt radij solis recte ex alto in aquã descẽdentes ppendiculares appellanť illos ẽtegros: bos ofractos in aqua videmus apparere

Perpendiculũ instrm fabri materiarij seu cementarij quo plũbo a filo ⁊ gnomone pẽdente rectitudo seu obliq̃tas operis perpendiť. i. examinať. Asco. perpendiculũ linea laterũ equalitatẽ ad sũmo ad imũ latitudine pzobans. Li. lib. ij. acade. At q; si crederemus non egeremus perpendiculis non normis non regulis: perpendiculi inuentoz fuit Dedalus.

Perpetro. as. penul. coz. ex per ⁊ patro. significat perficio ⁊ plerunq; in malam partem.

